

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Abilioz ceteris. ut vult Ba. Auicē. et Auer. Nam dicit Bo. in al. c. de animalibus siueſtribus et domeſticis. Edina caro eſt temperata nullā in ſe habēs malicie admixtionē. qui licet temperatum generet ſanguinem. laborantibus tamen non congruit. cui nulla alia caro preferenda eſt. Non eſt effi adeo debilis vt ex ea virtus minuatur necq̄ eius nutrimentū adeo multum eſt et groſſum vt ex eo procreetur repletio. et groſſus generetur ſanguis. Sanguis quoq̄ qui ex ea generatur inter ſubtilem et groſſum ac inter calidū et frigidum exiſtit. Et iſta caro nō conuenit multum laborantibus. ſed iuuenibus temperatis exercitio mediocri vtentibus. quia iſta caro generat ſanguinē forti exercitio vel labore facili ter reſolubilem. licet non exercitio mediocri. Et ſicut quo ad iſtam intentionem caro edina inter carnes domeſticas. ita caro capreoli inter carnes ſiueſtres eſt melior. et poſt iſtam carnem edinam plurimū medicoꝝ ſicut Ba. et Auerrois ponunt carnem arietinā. Et dicit Auerrois. v. colliget. c. de carne. q̄ eſt hec opſiō maioris partis medicoꝝ præter Galienū qui abominatur carnes arietinū. Et videtur ſibi. quia caro vitulorū eſt melioris nutrimenti q̄ arietina. Et forſan Ba. hic attendit melioritatē nutrimenti ex eo quod eſt plurimum nutriti. et nutrimentum dare magis irreſolubile. quod magis videtur cōuenire carnibus vitulinis q̄ arietinis: cū arietine magis humide ſint. Tertio modo poteſt arrens di melioritas et electio carnum ex parte minoris viſcoſitatis et melioris odoris earū. Et ſic carnes vituline ſūt meliores alijs carnibus. Et iſtud innuit Auerrois. v. colliget. c. de carne dicit. Et carnes vitulorū ſunt bone carnes. ideo quia non habent illam viſcoſitatē frigiditatem et ſiccitatem quam habent carnes bovine veteres et carnes eorum ſunt magis odorifere alijs carnibus: et quantum eſt in hoc meliores ſunt carnibus hedinis. quia in carnibus hedinis manifeſta tur quedam muſcallago id eſt viſcoſitas anteq̄ coquantur. ſed carnes hedine ſunt meliores vitulinis. quia meliores generāt humores. Et ex iſto patet quod modo non eſt tanta controuerſia inter auctores medicine ſuper electione carniū quāta prima facie apparet. Notandum eſt inſuper q̄ carnes animalū ſiccę cōplexionis meliores ſunt circa partum q̄ diſtantes multū a partu. ergo hedę et lactentes vituli meliores ſunt hircis et bobus. quia ſua ſiccitas prime etatis humiditate corrigitur. Sed carnes animalū complexionis humide ſunt meliores diſtantes a partu: et circa partum deteriores. quia ſua nimia humiditas proceſſu etatis efficcantis. ſ. iuuentutis corrigitur aut tollitur et ab humiditate prime etatis creſcit. Et ideo iuuenes caſtrati arietes. ſ. vnius anni ſunt meliores et minus viſcoſi lactentibus agnis. et porci vnius anni vel duorum meliores lactentibus procellis. Et ergo bene dicit Alu. 3. c. de regimine eius quod commentatur. Oportet autem vt cibus. ſ. ſanitatis conſeruatiuus ſit talis quales ſunt carnes et vituli meliores hedorum et vitulorum lactentium paruorum et agnorum animalium. Et ex iſtis omnibus concluditur q̄ carnes hircorum caprarum et arietum et boum et porcorum antiquorum et ſpecialiter non caſtratorum et porcellorum lactentium et agnorum lactentium non ſunt multum conuenientes in regimine ſanitatis. ſed carnes vitulorum iuuenum et arietum animalium et porcorum duorum annorum vel vnius etiam caſtratorum ſufficienter ſunt eſui in regimine ſanitatis. Et eſt diligenter notandum q̄ carnes declinantes ad ſiccitatem debēt elixari. et declinantes ad humiditatem. debent aſſari. vt carum humiditas temperetur. Et ideo carnes caniculorum et leporum ceruorum vitulorum et capreolorum debent elixari. et carnes porcellorum et caſtratorum arietum aſſari. elixatio enim obtemperat ſiccitatem. Et ex hoc patet q̄ in temporibus et complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad ſiccitatem vt aſſentur. In temporibus ſiccis et complexione et etate ſiccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.